1532. e. 11. Mai.

Ludovicus Gritti Hungariae Gubernator Sigismundo primo Regi Poloniae.

119

Post Arcquiorum nostrorum fidelium humillimam Commendationem Serenissime Princeps Domine Domine gratiosissime!

Quoniam non sine parvis laboribus usque inpraesentiarum tractavimus Differentias ortas inter Serenitatem tuam et Spectabilem Petrum Vaivodam Moldaviae maturaque una deliberatione omnia ad optimum finem reducere; nihilominus visum extitit nobis pro nunc remittere prout Serenitati vestrae remittimus hominem spectabilem dicti Vaivodae una cum Magnifico Mehebeg mancipio invictissimi atque potentissimi Caesaris Turcorum praesentium latore; Placeat itaque et dignetur eodem cum uno suo Secretario cum plenaria autoritate unanimiter iterum mittere in Curia Serenissimi Domini Domini Regis Joannis Regis Hungariae Domini nostri Clementissimi ubi nos erimus et praedicta omnia discutientur Deoque optimo maximo Du-

Dux concludentur adque ad vota Serenitatis suæ reducerentur. Quam feliciter valere semper cupimus non praetermittendo eundem Mehmet in Regno Serenitatis vestræ Bolonie filium suum Captivum habere amori nostri Dignetur committere inquiri Patrique suo libere consignari. Datt in Oppido Sheresio Provinciæ Transalpinensis die 11. Maj 1532.